

A RUINA MORTIS. Aliter, ad declinandum à laqueis mortis. Hos duos versiculos de timore Domini sic connectit Aben Ezra, ut in principio utriusque intelligatur littera belh, que in priore scribitur, h. e., in propter, vel per, et erit sensus prioris: Propter timorem suum Dominus erit fiducia fortitudinis, supple, ei qui timet et colit cum, ut eripiat eum in tempore angustia; et erit spes fortitudinis filius illius ob meritum paternum. Similiter propter timorem suum Dominus erit timens se quasi fons vite, h. e., perpetuum refugium, quo suppediet illis vires ad declinandum, sive fugiendum, à laqueis mortis, h. e., diaboli, quibus captivos tenet infideles divini timoris et cultus expertes.

VERS. 28. — IN MULTITUDINE POPULI DIGNITAS REGIS, ET IN PACIFICATE PLEBIS IGNOMINIA PRINCIPIS. Aliter: Et cum non fuerit populus, est diminutio principis. Omnibus hominum ordinibus precepta et documenta sapientie proponit Salomon, pauperibus, divitibus, fortibus et etiam regibus, quorum gloria non est in magnis opibus aut castellis aut propugnaculis, sed in multitudine subditorum quorumlibet parent imperio; in illis opes, in illis vires sunt regibus constituendæ. Nam aliqui habeat princeps quicquid in hac vita splendendum ac magnificentem videatur, quicquid ad tutelam et defensionem imperii, si fides subditorum animis fuerit destitutus, non habet solida munimenta regni quibus fidat; reliqua enim potius confusionem et contritionem (ut est in Hebræo) afferunt. Aliter, ad clementiam principis invitatur et iustitiam, quibus virtutibus civitates crescant et loepletantur, in quibus libenter homines commemorantur; id quod cum magna ex parte per principis providentiam contingat, celeberrimum nomen et apud suos et apud exterarum nationem assequitur; que virtutes ubi desunt, ubi seditione et dolis peccatur, status reipublicæ corrumpitur, populus delabitur, vires principis diminuantur, fama perditur, et gloria in ignominiam vertitur.

VERS. 29. — QUI PATIENS EST, MULTA GUERNATUR SAPIENTIA: QUI AUTEM IMPATIENS EST, EXALTAT STULTITIAM. Aliter: Qui tardus est in ira, multus est in intelligentiâ, et velox spiritu exaltat stultitiam. Interpres supplendo verbum gubernatur, recte ad precedentem versiculum connectit sensum. Nam cum omnibus hominibus ira sit impedimento quominus possint cernere verum, tunc maxime regibus, qui iudices sunt, et qui, si facile irascantur, maiorem stultitiam committunt, quò magis auctoritate et viribus pollent. Qui patiens est, vel longus in ira, ut est in Hebræo, sive tardus ad iram, qui diu deliberat et consultat antequam ad iram, h. e., ad puniendam delicta, deveniat, profecto prudens princeps et magnæ sapientie habetur. Possumus per iram alias quoque animi perturbationes intelligere, quibus cum facile status animi concutitur, minus intelligentiâ valemus. Qui autem impatiens est, Hebr., קָדַח אַנְגוּסְטִי סְפִירִים, vel coarctatus spiritu, h. e., animo ligatus quodammodo per affectiones, ut non possit erigere mentem, et in omnes formas dilatate intelligentiam, sed statim crumpe in verba que suppediat ira, non que ratio investigavit, hic exaltat

stultitiam, sive elevat stultitiam, que prius occulta fuerat, in propatulo ponit. Aliter: Stultitiam proponit sapientia.

VERS. 30. — VITA CARNUM, SANITAS CORDIS: PUGNATIO OSSUM, INVIDIA. Aliter: Vita carnis (vel corporis), cor leve, etc. Tranquillus animi status non solum plurimum juvat ingenium et intelligentiam in contemplatione veritatis, sed etiam facit ad sanitatem corporis. Est enim quasi medicus ad tuendam sanitatem corporalis vite, cor et animus sanus, nullis peccatis pollutus. Provenit enim frequentior corporis morbi ex vitio animi, juxta illud Evangelii, Joan. 5: Vade, noli amplius peccare, ne deterius aliquid tibi contingat. Et juxta Hebræorum potest esse sensus: Cor quod sanat et medetur affectibus et passionibus suis, est etiam vita carnis, h. e., tenerimas partes corporis preservat. Alii פֶּסַח בֶּרֶךְ עֵץ exponunt: cor bonum et letum, alium ab ira et invidia, vitam præstat corpori, facit ut et divitiis et felicitus vivat caro; contra, cor quod invidiâ et magnis laborat peccatis, etiam ossa, h. e., robustissimas partes, inficit et veluti patredine corrumpit. Possunt vertere cor leve, sive levis cordis, quò quòd alium sit ab ira, est vita carnis. Possunt denique caro et ossa ad animi virtutes referri, que quamvis debiles sint et teneræ, tamen ubi cor est sanum, h. e., intelligentiâ et fides integra, servatur anima vite; ubi verò cor et mens invidiâ laborat, h. e., excidit à charitate que est in Christo Jesu et ab unitate ecclesiasticâ, id quod per invidiam fieri solet, conturbatur etiam ossa, h. e., virtutes maxime sordescunt in conspectu Dei, juxta illud Pauli: Si lingua hominum loquar et angelorum, etc., 1 Cor. 13.

VERS. 31. — QUI CALEMNIATUR EGENTEM, EXPROBRAT FACTORI EJUS: HONORAT AUTEM EUM QUI MISERETUR PAUPERIS. Pro calumniari, opprimere ac vim inferre est in Hebræo, nempe מַשִּׁיבֵי. Patrociniatur pauperibus et coeret principes et potentes ne vim inferant, aut opprimant tenues, quorum Deus adiutor est, et quos in mundo vix quisquam tetuerit, cum etiam ab amico suo pauper odio habeatur, ut superius lectum est. Quicquid enim pauperibus sit, maxime pauperibus spiritu, de quibus scriptura est Psal. 10: Tū derelictus est pauper, sibi ipsi quasi factum acceptum fert Deus. Sic enim legitur, Matth. 25: Quamdiu vix ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Observandus est loquendi modus: Exprobrat factori ejus, vel, juxta Hebræum, probis afficit, deinde honorem impendit; quibus verbis nihil gravius, nihil efficacius dici potuit sive in defensionem et patrocinium pauperum, sive ad coerendam vim potentium, et excitandos piorum animos ad beneficiendum egentibus. Nam honore divino nihil antiquius habere debemus; contra, Deum contumaciâ afficere et opprobrio vel dictu horrendum est.

VERS. 32. — IN MALITIA SUA REPELLIT IMPIOS: SPERAT AUTEM JUSTUS IN MORTE SUA (1). Hebr.: Per

(1) Malitiam hic intelligit res adversas, ut Matth. 6, 34. Nec aliud hic intelligitur mortis nomine, quan-

malitiam suam (vel in malitiam suam) impellitur (vel impelli solet) impius; et fiduciam habet in morte sua iustus. Impio nihil succedit ex animi sententiâ, iusto verò omnia, ut quem sua spes nunquam fallit. Impius propter malitiam suam expelletur à spe ejuscumque boni post hanc vitam; vel in morte excidit omnis spes impii, sub quâ maxime sperat iustus; cum in hac vitâ mercedem operum non acceperit. Aliter: Impius etiam in ipso malo quod conatur facere, expelletur à suo conatu, et non perficiet telam quam apud se exorsus est; prius enim in mortem propelletur. Iustus verò in morte sua, h. e., antequam moriatur, compos voti et spei suæ erit. Ambiguum est in morte sua, vel ejus; et aliqui bene referunt ad impiam, ad hunc modum: Iustus, qui per malitiam impii multa passus est, consolatur se et bene sperat non diu victurum impiam, sed quòd brevi expelletur ab hac vitâ. Quod etiam fit, juxta illud Psal. 37: Et adhuc pusillum, et non erit peccator; et quæres locum ejus, et non invenies. Et iterum: Vidi impium superexaltatum et elevatum sicut cedros Libani, et transivi, et non erat; quæsi eam, et non est inventus locus ejus.

VERS. 33. — IN CORDE PRUDENTE REQUESCIIT SAPIENTIA, ET INDOCTOS QUOSQUE ERUDIET. Hebr.: Et in medio stultorum cognoscetur. Docet versiculus non satis esse discere et intelligere ea que sunt Dei, sed corde bono et optimo retinere quod accepimus, et proferre fructum. Nam in medio stultorum, quos peccatores intellegimus, solet cognosci Christus, Dei Sapiencia, sed tamen non inhabitat, non quæscit inter illos, sed in corde intelligenti, h. e., in corde eorum qui juxta mentem et superiorem animæ portionem vivunt. Qui verò sensus sequuntur et brutam portionem animæ, cum totum cor illorum rebus sit mundanis occupatum, evanescent in cogitationibus suis, qui cum Deum cognoverunt, non tunc Deum glorificaverunt. Dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt, Rom. 1. Atqui hic sensus erit hujus loci his qui verbum מְדַבֵּר cognoscitur interpretantur: nempe, veritas à stultitiâ cognosci potest, sed locus et mansio sapientiæ et veritatis est cor intelligens, quod novit distinguere inter bonum et malum. In variis Scripturarum locis hoc verbum מְדַבֵּר confingere significat, quo sensu hoc in loco interpretantur aliquot ex Hebræis, ex quibus est Aben Ezra; et sensus erit: Prudentes viros servare diligenter sapientiam, stultos verò, si quid didicerint etiamnum juvenes, si quid audiant quod ad sapientiam spectat, facili oblivisci, et apud illos non quiescere, sed statim violentiâ quâdam rumpi et evelli à cordibus eorum. Aliter, laudatur modestia viri prudentis, in cujus corde quiescit scientia sine jactantiâ. Stulti homines si quid noverint, celare non possunt.

VERS. 34. — JUSTITIA ELEVAT GENTEM, MISEROS AUTEM QUAM ILET SENSUS SUBLIMIOR, QUEM CHRISTIANI OPTIMÈ INTELLIGUNT. (Grotius.)

## CAPUT XV.

1. Responsio mollis frangit iram; sermo durus suscitât furorem.

TEM FACIT POPULUS PECCATUM. Hebr.: Sed misericordia est populus peccatum. Commendatur misericordia et opera charitatis in pauperes. Sic enim hodie vocant Hebræi eleemosynam, צְדָקָה justitiam; cujus sensui bene quadat Evangelica doctrina, Matth. 7: Attendite ne justitiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab illis; et statim sequitur: Cum facis eleemosynam, cum oraveris. Sunt ex Hebræis qui dicunt populum fidelem ex eleemosynâ magnum consecuti honorem; infideles verò, qui in honorem falsorum deorum faciunt justitiam, peccare. Aliter: Eleemosyna ex rapinâ et sanguine pauperum est peccatum gentibus. Alii malunt posteriorem clausulam exponere juxta aliam significationem hujus nominis צְדָקָה, quod Levit. 20 accipitur pro re nefariâ, ut Hieronymus exponit, vel opprobrio; ut sit sensus: Quemadmodum eleemosyna, preces et jejunia et alia id genus justitiæ opera multas viles et contemptibiles gentes, nobles et claras effecerunt, ita peccandi consuetudo populos presertim Israeliticos, olim celebrissimos, extremâ contumeliâ et opprobrio damnavit. Tertium denique sensum faciunt hi qui הַצְדָקָה peccatum hoc in loco more legis Mosaicæ intelligunt sacrificium pro peccato; ut sit sensus quasi propheticus spiritu à Salomone diceretur: Non in victimis, quibus Deum colebant, Israelitis olim habituros honorem, sed in justitiâ; neque sacrificia crassa illa ex animalium sanguine amplius acceptanda in remissionem peccatorum, sed opera misericordiæ esse acceptanda tanquam hostia pro peccatis, ut scriptum est Date eleemosynam, et ecce omnia munda sunt vobis, Luc. 11.

VERS. 35. — ACCEPTUS EST REGI MINISTER INTELLIGENS, IRACUNDIAM EJUS INUTILIS SUSTINEBIT. Hebr.: Benevolentia regis erga servum intelligentem; sed indignatio ejus erga eum qui pudore afficit. Omnibus est necessaria sapientia, et quavis varia et diversa pro varietate conditionis humane, omnibus tamen prudentia et intelligentia inprimis est necessaria; etiam servis et vilioris conditionis hominibus qui heris suis non possunt placere nisi sapiant, quantumvis aliquando fuerint obedientes, et omnia ad nutum faciant; item non nisi intelligentes et prudentes servus Christo regi placere potest, dicente Domino, Matth. 24: Quis, putas, est fidelis servus et prudens, quem constituit dominus suus super familiam suam? Qui verò non querit honorem domini sui, sed incipit percutere consensuos suos, manducare et bibere cum ebriosis, iratus dominus dividet eum, partemque ejus ponet cum hypocritis. In secundâ particulâ versiculi subauditur לַבַּיִת סֵרוּ, et pendet sensus ex sequenti versiculo juxta Aben Ezra, qui eum prudentem vocat servum qui novit responsione molli regi satisfacere, et iram illius placare, erga quem erit voluntas; et indignatio regis erit in illum servum qui contumeliosè respondens indignationem regis provocat, ut sequitur.

## CHAPITRE XV.

1. La parole douce rompt la colère; la parole dure excite la fureur.



2. Lingua sapientium ornat scientiam; os fatuorum ebullit stultitiam.
3. In omni loco, oculi Domini contemplantur bonos et malos.
4. Lingua placabilis, lignum vite; que autem immoderata est, irretit spiritum.
5. Stultus irridet disciplinam patris sui; qui autem custodit increpationes, astutior fiet. In abundantia iustitiæ virtus maxima est; cogitationes autem impiorum eradicabuntur.
6. Domus iusti, plurima fortitudo; et in fructibus impii conturbatio.
7. Labia sapientium disseminabunt scientiam; cor stultorum dissimile erit.
8. Victimæ impiorum abominabiles Domino; vota iustorum placabilia.
9. Abominatio est Domino via impii; qui sequitur iustitiam, diligit ab eo.
10. Doctrina mala deserent viam vite; qui increpationes odit, morietur.
11. Infernus et perditio coram Domino; quanto magis corda filiorum hominum!
12. Non amat pestilens eum qui se corripit; nec ad sapientes graditur.
13. Cor gaudens exhilarat faciem; in merore animi deiecit spiritus.
14. Cor sapientis querit doctrinam, et os stultorum pascitur imperitiâ.
15. Omnes dies pauperis, mali; secunda mens quasi iuge convivium.
16. Melius est parum cum timore Domini, quam thesauri magni et insatiables.
17. Melius est vocari ad olera cum charitate, quam ad vitulum saginatum cum odio.
18. Vir iracundus provocat rixas; qui patiens est, mitigat suscitatas.
19. Iter pigricum quasi sepes spinarum; via iustorum absque offendiculo.
20. Filius sapiens letificat patrem; et stultus homo despiciat matrem suam.
21. Stultitia gaudium stulto; et vir prudens dirigit gressus suos.
22. Dissipantur cogitationes ubi non est consilium; ubi verò sunt plures consiliiarii, confirmantur.
23. Letatur homo in sententiâ oris sui; et sermo opportunus est optimus.
24. Semita vite super eruditum, ut declinet de inferno novissimo.
25. Domum superborum demolietur Dominus, et firmos faciet terminos viduæ.
26. Abominatio Domini cogitationes male; et purus sermo pulcherrimus firmabitur ab eo.
27. Conturbat domum suam, qui sectatur avaritiam; qui autem odit munera, vivet.
- Per misericordiam et fidem purgantur peccata; per timorem autem Domini declinat omnis à malo.

2. La langue des sages orne la science; la bouche des insensés se répand en folies.
3. Les yeux du Seigneur contemplant en tout lieu les bons et les méchants.
4. La langue pacifique est un arbre de vie; mais celle qui est immodérée brise l'esprit.
5. L'insensé se moque de la correction de son père; mais celui qui se rend au châtiment, deviendra plus sage.
- (1) La justice abondante aura une grande vertu; mais les pensées des impies sécheront jusqu'à la racine.
6. Il y a une grande force dans la maison du juste; et il n'y a que trouble dans les fruits de l'impie.
7. Les lèvres des sages répandront la science comme une semence; il n'en est pas de même du cœur des insensés.
8. Les victimes des impies sont abominables devant le Seigneur; les vœux des justes lui sont agréables.
9. La voie de l'impie est en abomination devant le Seigneur; celui qui suit la justice, est aimé de lui.
10. La doctrine mauvaise à celui qui abandonne la voie de la vie; celui qui hait les réprimandes mourra.
11. L'enfer et la perdition sont à nu devant le Seigneur; combien plus les cœurs des enfans des hommes!
12. L'homme corrompu n'aime point celui qui le reprend; et il ne va point trouver les sages.
13. La joie du cœur se répand sur le visage; la tristesse de l'âme abat l'esprit.
14. Le cœur du sage cherche l'instruction; la bouche des insensés se repait d'ignorance.
15. Tous les jours du pauvre sont mauvais; l'âme tranquille est comme dans un festin continuel.
16. Peu, avec la crainte de Dieu, vaut mieux que de grands trésors qui ne rassassient jamais.
17. Il vaut mieux être invité avec affection à manger des herbes, qu'à manger le veau gras lorsqu'on est haï.
18. L'homme colère excite des querelles; celui qui est patient apaise celles qui étaient déjà nées.
19. Le chemin des paresseux est comme une baie d'épines; la voie du juste n'a rien qui l'arrête.
20. L'enfant sage est la joie de son père; et l'homme insensé méprise sa mère.
21. La folie est la joie de l'insensé; mais l'homme prudent mesure tous ses pas.
22. Les pensées se dissipent où il n'y a point de conseil; mais où il y a plusieurs conseillers, elles s'affermissent.
23. Chacun aime son sentiment, quand il l'a dit; mais ce qu'on doit estimer, est la parole dite à propos.
24. L'homme bien instruit voit au-dessus de lui le sentier de la vie, qui lui fait éviter le profond de l'enfer.
25. Le Seigneur détruira la maison des superbes; et il affermira l'héritage de la veuve.
26. Les pensées mauvaises sont en abomination au Seigneur; la parole pure lui sera très-agréable.
27. Celui qui cherche à satisfaire son avarice trouble sa maison; mais celui qui hait les présents, vivra.
- Les péchés se purifient par la miséricorde et par la foi (2); et tout homme évitera les maux par la crainte du Seigneur.
- (1) Ce verset n'est ni dans l'hébreu, ni dans divers exemplaires grecs et latins.
- (2) Autr.: Et par la fidélité. — Ce verset, que les Septante ont mis ici, ne se trouve dans l'hébreu qu'au chap. suiv., verset 6, où la Vulgate le répète, et où les Septante ne l'ont pas mis. Les Septante expliquent ici de la foi ce que la Vulgate explique de la vérité au chapitre suivant. L'hébreu peut signifier le *fidèle*.

28. Mens iusti meditatur obedientiam; os impiorum redundat malis.
29. Longè est Dominus ab impiis; et orationes iustorum exaudit.
30. Lux oculorum letificat animam; fama bona impinguit ossa.
31. Auris que audit increpationes vite, in medio sapientium commorabitur.
32. Qui abiecit disciplinam, despiciat animam suam; qui autem acquiscit increpationibus, possessor est cordis.
33. Timor Domini disciplina sapientiæ, et gloriam præcedit humilitas.

## COMMENTARIUM.

VERS. 1. — *RESPONSO MOLLIS FRANGIT IRAM; SERMO DUREUS SUSCITAT FUREM.* In Hebræo non *frangit*, sed *reducat*, vel *reverte* facit, aut *retrahet*. Quotidiana docet experientia quantum momenti habeant in secundâ vel movendâ, non solum regis, sed etiam cuiuslibet hominis iracundiâ, verba eorum qui ex adverso respondent. *Responsum mollem* vocat que fit verbis benignis et placidis, non solum cum modesti prolatis, sed etiam cum ratione et eâ moderatione et honoris præfatione que hominem deocat quem alloquimur. *Sermo durus*, vel, ut est in Hebræo, *sermo doloris* vel *tristitiæ*, hoc est, verba que dolorem et molestiam inferunt audienti, *faciunt ascendere furor*, vel *iram*, inquit, aptâ admodum metaphora indicans iram ad instar flammæ excitatam ascendere, si que verbis durioribus et asperis veluti foliis sufflet. *Mollis responsio*, hoc est, humilis confessio, *iram* et vindictam Dei averit, juxta sensum allegoricum. Et *verbum tristitiæ, verbum fatigationis* aut *doloris*, juxta varia significatione hujus verbi 237. Si *verbum tristitiæ* legas, sermonem malum intellige, quo *contristatur*, ut inquit Paulus, Ephes. 4, *Spiritus sanctus*. Si *verbum doloris*, verbum dolore dignum et lacrymis intelligimus, quo nomen Domini blasphematur. Hujusmodi excitant *iram* et vindictam Dei.

VERS. 2. — *LINGUA SAPIENTUM ORNAT SCIENTIAM; OS FATUORUM EBULLIT STULTITIAM, VEL, ENANARE FACIET STULTITIAM.* Juxta amphibologiam Hebræicæ dictionis potest verti: *Lingua sapientum exornat scientiam*, consentientibus Hebræorum aliquot Rabbînibus; sed prior interpretatio est melior. Et linguarum donum commendat, quo prophetia et scripturæ mysticæ explicantur; quod minus est docti concionatoris, sic Scripturæ sacras explicare, ut earum scientia et intelligentia, que aliqui obscura est, capi possit ab indoctis et illiteratis hominibus, quibus scientia Scripturarum quam palchra et bona sit non apparet, nisi per sermonem prudentis et fidelis servi, quem constituit Dominus super familiam suam, ut dei illis in tempore tritici mercuram, Matth. 24. *Os fatuorum ebullit stultitiam, vel enanare faciet stultitiam.* Indefessi sunt plerique indocti homines, presertim hæretici, qui nunquam desinunt scribendo et predicando populum seducere, quod, prohi dolor! hoc nostro sæculo, si quando alius,

28. L'âme du juste médite l'obéissance; la bouche des impies se répand en toutes sortes de maux.
29. Le Seigneur est loin des impies, et il exaucera les prières des justes.
30. La lumière des yeux est la joie de l'âme, la bonne réputation engraisse les os.
31. L'oreille qui écoute les réprimandes salutaires demeurera au milieu des sages.
32. Celui qui rejette la correction, méprise son âme; mais celui qui se rend aux réprimandes, possède son cœur.
33. La crainte du Seigneur est ce qui apprend la sagesse, et l'humilité précède la gloire.

passim visum est. Quorum est mirum in modum ebullit stultitiam, et omnium auribus ingerere suam impietatem student que latere poterat, si tacere novis sent ipsi. Possimus intelligere eam à Salomone laudatam esse eloquentiam que cum sapientiâ conjuncta est et cognitione rerum; loquentiam vero, quam indocti solent affectare homines, stultitiæ esse scaturiginem.

VERS. 5. — *IN OMNI LECO OCULI DOMINI CONTEMPLANTUR BONOS ET MALOS (1).* Hebr.: *Malos et bonos. Omnia nuda et aperta sunt oculis ejus*, ne quis putet se posse ullo eloquentiæ suæ fuce illius iudicium fallere, quemadmodum hominibus sæpenumero imponunt hi quorum os ebullit stultitiam. Nullus est locus ubi quorum ad instar flammæ excitatam ascendere, si que verba durioribus et asperis veluti foliis sufflet. Damnat præterea proverbium infidelium errorem, qui negant Dei providentiam et dispensationem. Omnia enim novit Dominus, et gubernat omnia.

VERS. 4. — *LINGUA PLACABILIS, LIGNUM VITÆ; QUE AUTEM IMMODERATA EST, CONTERIT SPIRITUM.* Hebr.: *Sanitas lingue, lignum vite; et perversitas in eâ, contritio in spiritu.* Sanitati lingue opponitur perversitas ejus. Et sanitatem lingue intelligimus quam lingua sapientiam, que ornat scientiam, inducit in animas egros. Nam nullus medicus tam necessarius est aegrotis corporibus quam docta et pia lingua concionatorum his qui animo laborant; multos enim revocat à morte, ut merito possit hujusmodi lingua conferri cum signo vite, cujus fructus immortalitatem largitur. Contra, que immoderata est, sive, ut est in Hebræo, *perversitas* que est in eâ, *contritio in spiritu*, hoc est: Ut illa placabilis sive pacifica sanat, ita hæc perversa integros conterit et confringit. Hæreticorum lingua, que à sanâ doctrinâ semper est perversa, unitatem spiritûs que viget inter fideles contrahit, et veluti in diversis partes rumpit. Quod ad linguam boni vel mali doctoris defleximus, locum habet ubique et in quavis

(1) Dicitur contra illos qui dicebant divinam providentiam se non extendere ad ista inferiora, et maxime ad actus humanos, propter arbitrii libertatem. In quorum persona dicitur, Job. 22: *Circa cardines calli perambulant, nec nostra considerat.* (Lyranius.)



hominum societate. Ubique enim lingua perveritas spiritus et mentes amicum dirumpit et separat; et sapientum lingua sanitas est, quemadmodum, cap. 12, disseminum copiositas. Potest contritio spiritus et sanitas referri ad loquentes, sed melius ad auditores.

VERS. 5. — STULTUS IRRIBET DISCIPLINAM PATRIS SUI; QUI AUTEM CUSTODIT INCREPATIONES, ASTUTIOR FIET. (1) Ostendit hic versiculus quâ ratione sanitate ex lingua sapientum recipiant acri, non per correctionem majorum. Nihil crebrius inculcat in hoc libello quam ut moneat patres quò diligenter castigent vitia liberorum, et filios, quò non recusent majorem disciplinam; quorum castigationem qui recusat vel spernit, stultitiam suam manifestat, non aliter quam aegrotus qui salubres potiones, quò videantur amarae, non recipit. Ceterum qui disciplinam et admonitiones parentum, preceptorum sive patrum antiquorum liberat admittunt, et castigationem, si quid deliquerint, aequo animo tolerant, facile prudentes evadunt. Observa sapientiam, aut saltem primum gradum ad sapientiam, in recta majorum castigatione et morum integritate consistere. Si celestem Patrem intelligamus, qui castigat omnem filium quem recipit, sensus erit sublimior.

VERS. 6. — DOMUS JUSTI PLURIMA FORTITUDO, ET IN FRUCTIBUS IMPII CONTRIBATIO (2). Hebr.: Domus justus thesaurus multus, et in proventu impij conturbatur. Ad sensum perfructum supplenda sunt quedam verba, sic: Domus justus habet thesauros multos; vel, in domo justus est multus thesaurus; et, supple domus impij, per proventum conturbatur. Si per thesaurum opes intelligamus justis laboribus paratas, quæ recondi et diu servari in familia justis, et à patre ad filios et nepotes transferri solent, non erit absurda interpretatio. Tamen proventus et opes quas per rapinam aut aliqui injustè colligit impius, non solum non prosunt illius nepotibus, sed etiam nonnunquam familiam illius perturbant, dum de hereditate litigant hæredes. Aliter: In amo justis fortitudo, sive robur multum; nam utrumque significat vox Hebræa צדק, et sensus erit, justitiam, non opes, dare vires ad tolerandas adversitates,

(1) Astutior, cautior et sapientior.

VIRUS, fortitudo et potentia, nam in Græco est, ἰσχυρός. COGITATIONES AUTEM IMPIORUM, etc., contra impij opes et cogitationes suas, hoc est, studia et consilia firmiter radicata putant, eradicabuntur et perdentur. (Menochius.)

(2) Le juste, comme il a été marqué auparavant, est celui qui vit d'une foi humble et reconnaissante. Il y a une grande force dans sa maison, parce que Dieu est lui-même sa maison et sa force. Plus il se reconnaît faible, plus il devient fort, non de sa force, mais de celle de Dieu: Ille enim fortis qui non in se, sed in Deo fortis est.

Le trouble est dans les fruits de l'homme impie, c'est-à-dire, d'un homme qui est sans piété, dont la principale partie est de rendre grâce à Dieu de ce qu'il nous a donné, et de lui demander ce que nous n'avons pas encore reçu de lui. C'est cette présomption secrète d'un cœur ingrat qui jette l'inquiétude dans l'âme, parce que le trouble est le partage de l'orgueilleux, comme la paix est la compagnie de l'humilité. (Sacy.)

quibus domus justorum fortiter resistit. Familia verò impiorum statim conturbatur. Sensus magis universalis erit, si de illis intelligamus thesauris de quibus Christus, Matth. 6: Thesaurizate vobis thesaurus in celo, ubi neque argo neque tinea demolitur. Nam elemosynis et bonis operibus plena sunt pectora omnium domesticorum in familia justis, sed in familia impij est perturbatio. In Hebræo potest צדק, conturbatur vel eradicatur, referri vel ad proventum vel ad domum; q. d.: Proventus impij non durat, sed statim dissipatur; vel: Domus impij turbatur tanto magis quanto uberior proventus illi annona, dum liberè peccat quò magis divitiis abundat. Proverbum ostendit opes justis fore materiam virtutis, impiis verò vitium fomenta.

VERS. 7. — LABIA SAPIENTUM DISSEMINABUNT SAPIENTIAM: COR STULTORUM DISSEMILE ERIT (1). Hebr.: Cor stultorum non erit rectum, vel, non sic, ut cum nostro interprete conveniat versio. Apostolorum tempora et hereticorum respexisse videtur Salomon, dum ex lingua sapientum et insipientum tanta bona et mala provenire ostendit. Per universum orbem sparseunt evangelicam doctrinam Apostoli, juxta illud Psal. 19: In omnem terram exiit sonus eorum. Sic in hoc loco dispergere potius dicitur quam seminare, ut majorem copiam significet et plenitudinem scientie undique defluentis è labiis sapientum doctorum. Sed cor stultorum, cum rectum non sit, hoc est, cum male credit stultus, non est quò quisquam ab eorum labiis sanam doctrinam expectet. Aliter: Cum cor stultorum non sic, vel dissimile sit, neque respondet animus stulti et affectus huic scientie, non ita videtur stultis hominibus, supple quòd labia sapientum dispergant scientiam. Aliter: Labia sapientum spargunt scientiam, in corda, supple hominum; sed cor stultorum non sic erit, supple, promptum ad discendum scientiam.

VERS. 8. — VICTIME IMPIORUM ABOMINABUNT DOMINO; VOTA JUSTORUM PLACABILA (2). Hebr.: Oratio rectorum

(1) Labia sapientum dispergant, proferunt, propagant ubicunque possunt, scientiam; notam faciunt scientiam, ut Chaldaus vertit. Cupiunt omnes participes suæ doctrine et sapientie facere. Jerchi exponit coronant. Symmachus custodiunt scientiam reddidit. Cor autem stultorum, adeoque et labia, non sic est comparatum ut cor et labia sapientum. Cor seu mens stultorum cum scientiâ careat, eam nec potest propagare. Alii: Cor stultorum spargit quod non est rectum, à recto est aversum et vanitibus addictum. Alii: Cor stultorum non est rectum, solidum. Ita Græci Alexandrinus et Syrus. A Schultens: Cor stultorum est quid non rectum. (Rosemuller.)

(2) Sensus est: Victimæ, oblationes, orationes impiorum non placent Deo, sed abominabiles sunt in conspectu ejus; et contra autem vota, orationes et oblationes justorum sunt placabiles. Ubi placabile activè sumitur pro eo quod Deum placare potest. Impii autem dicuntur qui in affectu sunt impietatis et peccati, non qui in re tantum impij sunt. Tales enim, etsi quodam sensu impij dicantur, quia nondum justificati, tamen, si penitent peccatorum ex animo, jam justitiam diligere ceperant, et per penitentiam Deo studeant reconciliari, et talium orationes etiam sunt placabiles; ut fuit oratio publicani, Luc. 18.

Sed quid dicemus de sacrificio impij sacerdotis, utrum etiam illud sit Domino abominabile. Respondet, hic proprie agi de victimis, votis et orationi-

voluntas ejus; infidelibus, inquit Paulus, Tit. 1, nihil est mundum, sed inquinata sunt eorum mens et conscientia. Proverbum indicat Deum respicere cor et conscientias hominum, non externa opera solum; Deum prætere non placari vel sumptu vel pompâ quæ solet fieri in sacrificiis, et quæ hodiè Judæi libenter facerent, si permitterentur; sed pro omnibus illis victimis et sacrificiis unicuique sacrificium et puras Christianorum preces acceptare. Vel per sacrificia impiorum elemosynas intelligimus, et quæcumque opera in specie bonâ quæ ex malè partis rebus fieri solent. In secundâ particulâ consolatur pauperes et tenuioris conditionis homines, qui tametsi opera misericordie præstare egentibus non possint, nec elemosynis redimere peccata, tamen in puris ad Deum precibus et confessione veniam peccatorum consequuntur et voluntatem Dei implent.

VERS. 9. — ABOMINATIO DOMINI, VIA IMPII; QUI SEQUITUR JUSTITIAM DILIGITUR AB EO. Opponit amorem abominati. Lubrica est vita carnis, et in multis offendimus omnes, neque Dominus vult mortem peccatorum; sed cum quædam ad tantam improbitatem pervenerit ut assiduis sit in malo, et consuetudinem peccandi contraxerit, cum execratur Dominus, et deus via et studium est impietas. Sed quorum studium est sectari justitiam, et veluti fugientem insequi, is, inquam, qui et ipse justitiam facit, et ut alii faciunt studet, amabitur à Domino; quo solo amore omnia bona quæ cogitari possunt assequitur, juxta illud: Vos amici mei estis, si feceritis quæ præcepi vobis, Joan. 15. Omnia, inquam, bona amor divinus comprehendit; omnia verò mala, abominatio Dei; hæc improbis, ille verò sectantibus justitiam contingit, ut jam portentosus sit error eorum qui negant humanos actus habere premium aut supplicium.

VERS. 10. — DOCTRINA MALA DERESERTIUM VIAM VITÆ; QUI INCREPATIONES ODIT, MORIETUR. Hebr.: Disciplina (vel castigatio) mala deserenti viam; qui odio habet increpationem, morietur. Septuaginta subadiunt aliquid, è δὲ πειραστῶν ἐλεγχῶν ἐλεγεῖσθαι ἀνθρώπους, qui odio habent reprehensiones morientur turpiter. Castigationem vel correctionem potius quam doctrinam significat צדק. Sunt qui recedunt à viis preceptorum Dei tanquam gravibus, quærentes libertatem carnis, vel etiam à semitis virtutum quas patres contriverunt, tanquam disciplinam nimium austeram continentibus; sed hos durior manet disciplina et correctio. Nam jugum Domini suave est, et onus leve, Matth. 11. Secunda pars versiculi ferè eundem exprimit sensum:

bus, quæ offert vel offerri facit impius pro se. Si autem impius pro alio offerat, idque pro ratione officii sacerdotalis, qui fungitur sacrificium illud, quatenus est impij sacerdotis actio, vitiosum est et abominabile, quia actio illa peccatum est et grave peccatum; quatenus autem in tali sacerdote Ecclesia offert, non potest non Deo esse gratum. Nam oblatio ipsius Ecclesie pro membris suis semper est Deo grata, per quemcumque fiat sacerdotem. Res quoque quæ Deo offertur in novæ legis sacrificio, per se Deo est gratissima, sive bonus sacerdos offerat sive malus.

(Estius.)

Qui odit castigationem in hac vitâ, et post hæc vitam ad duram illam et intolerabilem veniet correctionem quæ meritò mala dicitur, quia neque finem habet, neque fructum discipline secum affert. Aliter: Qui odit castigationem et increpationem patris, post mortem castigatio mala erit illi, qui relinquit semitam vitam. Hebræi aliquot sic: Morietur ante tempus suum in penam quòd disciplinam patris reliquerit: nam, honora patrem, ut sis longævus super terram, Ephes. 6. Aliter: Qui relinquit semitam bonam, fuit illi mala disciplina; non fuit castigatio neque tempestive correptus à parentibus. Aliter: Qui deserit semitam bonam, vel mandatorum Dei, vel ecclesiasticæ regulæ, castigatio mala, hoc est, dura, est necessaria illi, et graviter corripiendus est; quam correctionem sine reprehensionem quæcumque oderit et admittere noluerit, morietur in peccato suo.

VERS. 11. — INFERNUS ET PERDITIO CORAM DOMINO (1); QUANTO MAGIS CORDA FILIORUM HOMINUM! Aben Ezra hæc versiculum connectit cum superiore ad hunc modum: Dominus, in ejus conspectu est infernus et perditio, hoc est, cui nihil est absconditum, probat cogitationes et corda filiorum hominum qui relinquant vias discipline et odio habent castigationem, et dabit mercedem illis, ut moriantur ante diem suum, et decendant ad infernum et perditionem; hæc ille. Sunt ex Hebræis שׂוֹרֵי שָׁמַיִם exponunt sepulcrum, וְשֵׁרֵי גֵהֶנְמוֹן gehennam. Levi Ben Gerson intelligit infernum per שְׁחֵלֵם, quem dicit esse in centro terre. Et vocatur, inquit, שְׁחֵלֵם, quæ vox sepulcrum significat, quòd profundus et infensus sit locus. Timorem inquit Salomon his qui deserunt vias rectas, quasi possint latere et fallere oculos Dei, qui etiam secretissima clarè vident. Nam in omni loco oculi Domini contemplantur malos et bonos, ut modò lectum est.

VERS. 12. — NON AMAT PESTILENS FUM QUI SE CORRIPIT, NEC AD SAPIENTES GRADITUR (2). Hebr.: Non amabit illorum se corripientem, nec ad sapientes ibit. Superiore capite vocem Hebræam יָשַׁר interpretis deri-

(1) Monet hæc sententiâ Deum ubique presentem esse, et aequè contemplari abditissima ut ea que sunt apertissima. Quid enim magis est absconditum ab oculis humanis quam sepulcrum et status mortuorum? Cùm autem Deo hæc secretissima loca sint manifesta, quippe illi exserti judicium suum et nitionem, utique et cordis secreta novit, et perspicit omnes animorum nostrorum intimos motus. (Munsterus.)

(2) Vatablus, accedit; Septuag., cum sapientibus non conversabitur; Syrus, non ambulat; quia enim futurum putat, ut ab his arguatur, idcirco eos fugit, àz. Aben Ezra. Pro pestilens Hebr. est יָשַׁר, id est, irrisor, illusor, qui omnia monita irridet et cachinno exhibit, quales suo contemptu, sanis, joëis et dicitur pestilentissimus et summè noxii sunt, quia omnia jura tam divina quam humana in jocum vertunt, et risu eludunt; qui proinde ut pestes fidelibus vitandi, et ab eorum cætu velut membra putida ejiciendi et resuscandi sunt, quia suo malicia contagio multos inficit, animasque eorum interimunt. Tales sunt hæretici, de quibus providè ita scribit Apostolus ad Titum 5, 10: Hæreticum hominem post unum et secundam correctionem devota, acens quia subversus est, etc., cùm sit proprio judicio condemnatus. Nam, ut idem ait 2 Tim. 2, 17: Sermo eorum ut cancer serpit. (Corn. à Lap.)



cor, cum aliis interpretibus consentiens; hoc in loco secutus est Septuaginta, qui pestilentem vertunt cum alibi tum in primo Psalmo: *Et in cathedra pestilentia non sedit*. Tamen hoc in loco *ἀκαθάρτος*; *indoctus* à Septuaginta vertitur. Apud Hebræos duas significaciones habet *וְרָר*, *deridere* et *interpretari*. Quòd si interpretari in malam partem accipimus, vicina sunt hæc duo significata, nimirum *deridere* et *malè interpretari*, sive *etudere correptiones* et *admonitiones salubres*. Et hic proprie *illusor* est et omnium pessimus, ut qui neque ex se rectè facit, neque bene momentibus auscultare novit, et ob id ad bonam frugem non pervenit. Ipse *ad sapientes non ibit*, quatenus ab illis discat sapientiam. Porrò, si quis eum corripit, malam gratiam rependit, malignè interpretatur, et proinde facile non invenit qui curam illius agat. Hujus rei quotidiana occurrunt exempla. Salubrem disciplinam ante omnia amplectendam esse docet Salomon in hoc passu.

VERS. 15, 14, 15. — COR GAUDENS EXHILARAT FACIEM, IN MORORE ANIMI DEHICIT SPIRITUS. COR SAPIENS QUÆRIT DOCTRINAM, OS STULTORUM PASCITUR IMPERTIA. OMNES DIES PAUPERIS MALI (1), SECURA MENS QUASI JUGE CONVIVIUM. Hebr.: *Cor gaudens commendabit* (vel *bonum faciet*) vultum, sed in dolore cordis spiritus frangitur. *Cor sapiens querit scientiam, sed vultus stultorum pascet stultitiam. Omnes dies pauperis mali: cor bonum (sive lætæ) convivium juge*. Hos tres sic connectunt Hebræi: Cor est principium vitæ et potentiarum animæ; et proinde habitus cordis passim in reliquo corpore esse ostendat præsertim in vultu, qui vehementer commendatur *ex lætitiâ cordis; verum in dolore, vel potius propter tristitiam cordis spiritus vitalis est contritus et mæstus, ut non possit homo vacare studiis et investigationi scientiæ; id quod cor prudens solet facere*. Ad sapientem igitur spectat esse animo tranquillo, non corde mæsto, sed alaci, ut nullam habeat tristitiam de rebus hujus mundi. Nam si tandem idoneus est ad investigandam scientiam prudenti homine dignam, ad quam stulti non attingunt, cum cor habent insipientes et rebus mundanis dolens; verba stultitiæ habent in ore semper, quasi hujusmodi sermonibus viverent et pascerentur. Et proinde miseram agunt vitam pauperes, non divites, sed scientiâ pauperes, qui sunt per universam vitam in tristitiâ et sollicitudine. Sic Levi Ben Gerson. Aliter: *Omnes dies pauperis sunt mali* opinione vulgi, qui magnam partem felicitatis in divitiis collocat; sed oculi Domini qui omnia contemplantur, aliter judicant, nempe feliciores esse pauperes divites, quòd animo sint magis tranquillo; ut sequitur, *secura mens, sive, ut est in Hebræo, cor*

(1) *Omnes dies pauperis*, hebræicè afflicti, sunt mali, id est, injuncti, graves, molesti, ut vers. 10. Tamen *secura*, id est, tranquilla, Chaldaicè et Hebræicè, *licitis mens*, seu conscientia, quantumcumque pauperis, facit omnes eosdem dies jucundos et lætos, instar perpetui convivii, cum omnia adversa, non jam ut flagella, sed ut amoris indicia placidissime acceptet de manu Dei, cujus nutum parere et obsequi jucundissimam credit. (Tirinus.)

bonum, hoc est, lætum, quod incumbit scientiæ diviniæ, curam rerum mundanarum contemnens, est quasi convivium continuam, hoc est, quasi lætus recumbet in convivio comedens et bibens, et prægustans illud convivium de quo loquitur Christus: *Et ego dispono vobis, sicut disposui mihi Pater meus, regnum, ut edatis et bibatis super mensam meam in regno meo*, Luc. 22.

VERS. 16. — MELIUS EST PARUM CUM TIMORE DOMINI QUAM THESAURI MAGNI ET INSATIABILES. Hebr.: *Quam thesaurus multus in quo est perturbatio*. Quod superius dixerat: *Omnes dies pauperis mali*, indicat non esse intelligendum simpliciter de tenuitate facultatum, sed quemadmodum exposuimus: Nam quod ad opes spectat, *melius est habere parum cum timore Domini*, quod intelligit Hebræi de rebus bene acquisitis, quam thesauros multos cum tumultu, *וְרָר*, et tumultus in eo, ut est in Hebræo, hoc est, per rapinam et injuriam congestos. Quamvis simpliciter rectè dixerit, juxta præcedentia, fieri non posse ut hi, qui opibus quidemque ratione congregandis student, animo sint læto. Docet proverbium felicitatem non esse in copâ divitiarum, in quibus semper est turba et tumultus, in quibus ferè deficit timor Domini, qui tranquillum reddit animum.

VERS. 17. — MELIUS EST VOCARI AD OLERA CUM CHARITATE, QUAM AD VITULUM SAGINATUM CUM ODO. Hebr.: *Melius est convivium oleris*. Ne quis quod dicitur est superius de convivio perpetuo sic accipiat ac si laudaret Sapiens opiparas mensas et computationes cebras, quasi gauderet in hujusmodi sapientes, explicat quid potissimum spectandum sit in convivii celebrandis, nimirum charitas et dilectio. In oleribus frugalis mensa, in vitulo saginato, sive in bove præsepis, ut est in Hebræo, lautitiae intelliguntur. Multi divitum mensis varietate ferculorum instructis gaudent interse, ubi magnâ ambitione et odio laborant, dum certant inter se qui diviti principii potissimum placeat. Hoc vitium corrigere, et tales ad meliorem mentem revocare conatur Sapiens, docens sectandam esse charitatem, quâ melius pie pinguescunt animas quam corpus ebis lautioribus. Hebræi sic intelligunt quasi admoneret Sapiens patresfamilias ut primam dilectionis curam inter domesticos habeant, et quantâ concordia liberos educarent, non quam lætam mensam instruant. Mentio de vocatione ad convivium in Hebræo nulla est nemo: sed Septuaginta secutus est interpret, apud quos Latine sic legitur: *Mellior est vocatio ad convivium olerum ad amicitiam et gratiam*; Græcè verò sic: *ἑνεργησὶς ἰσχυροῦ πρὸς φίλους*.

VERS. 18. — VIR IRACUNDUS PROVOCAT RIXAS; QUI PATIENS EST MITIGAT SUSCITATAS. Hebr.: *Vir iracundus miscet lites, sed tardus ad iram sedabit rixam*. Quòd autem inter delicias frequenter nascantur odia et lites, hominum vitio fit, non rerum. Sunt enim aliqui impatientes et qui facile et de re minima irascuntur et alios ad iram provocant; et sunt rursus utique adeò alieni ab hæc perturbatione, et non solum ipsi non irascuntur, sed etiam alios ad quietem revocant et lites cessare faciunt. Hujusmodi convivias vult Sapiens nos

amare; reliquos vero, qui seminant discordias in convivio, declinare. Continet proverbium laudem longanimitatis, et damnat eos qui alienam pacem perturbant.

VERS. 19. — ITER FIGURUM QUASI SEPE SPINARUM (1); VIA JUSTORUM ABSQUE OFFENSIBUS. Hebr.: *Via rectorum strata*. *Piger* semper accipitur pro *improbo*, inquit Aben Ezra, præsertim in hoc loco, ubi opponitur *rectis et justis*, qui magnam facilitatem inveniunt in viâ virtutum, in quâ non possunt errare, sed quasi in viâ strata et sublimi incedunt, jam habitum (ut loquuntur philosophi) habentes. Mali autem maximam difficultatem inveniunt ad bene beateque vivendum, quibus facilis et amena videtur viâ virtutum, viâ verò virtutum asperrima, in quâ veluti inter spinas incedere videntur. Vide ut omnia non naturalia rerum, sed suo desiderio metuntur improbi. Aben Ezra sic exponit: *Piger* apparet quòd sua viâ et consuetudo circumdata sit spinis, ut ab eâ recedere non possit. Prior expositio est melior. Proverbium significat pigrum esse inutilem ad omnes res gerendas, sive quæ ad animi sive quæ ad corporis salutem spectant.

VERS. 20. — FILIUS SAPIENS LETIFICAT PATREM, ET STULTUS HOMO DESPICIT MATREM SUAM. EXPOSUIMUS HÆC VERSICULO IN PRINCIPIO DECIMI CAPITIS, QUI EISDEM FERÈ VERBIS ILLIC OCCURRIT. *De filio sapiente* et studioso major lætitiâ redit ad patrem, qui non solum novit melius, sed etiam melius aestimare potest ea quæ cum laude geruntur à filio: quamvis mater non est experta lætitiâ quæ pater gaudet de probitate filii, sicut nec pater immunitis tristitiæ quam concepit mater de filio stulto, præsertim cum ætatem virilem attingens perseverat in stultitiâ suâ; major tamen ignominia sequitur matrem, ad quam potissimum spectat teneram formam ætatum. Aliter: Qui sine disciplinâ educatur à matre in deliciis, ubi ad ætatem pervenerit virilem, matrî non obtemperabit, sed illius verba despiciet, ut puta malè institutus in infantia.

VERS. 21. — STULTITIA CALUMNIÆ STULTO, ET VIR PRUDENS DIRIGIT GRESSUS SEOS. Hebr.: *Stultitia lætitiâ deficienti corde, et vir intelligentia dirigit ad ambulandum, vel ambulando; subauditur scipsum, vel corpus, aut gressus suos*. Despiciere matrem, ut superiore dictum est versiculo, insignis est stultitia, cum magna pars sapientiæ et legis rectè vivendi à matre statim infantibus instillari solet. Et hinc Sapiens: *Non dimittis legem matris tuæ*. Et tamen stulti homines nonnunquam in hoc sibi placent quòd matrem despiciant, et hæc stultitiâ illis pro gaudio sive joco habetur. Sed his *cor deficit*, ut est in Hebræo, vel *caret corde*; hoc est, non solum sapientiâ caret, verum etiam viâ et modo quibus ad sapientiam pervenitur. Aliter: *Qui gaudet stultitiâ, et lætatur cum malè fecerit, alienus*

(1) *Via pigri quasi sepes spinarum*, viâ autem juratorum exaggerata, id est, strata lapidibus, plana, faciliis. *Pigrum* vocat non quævis, sed negligentem legem Dei; opponit enim illi *justos*. Sensus ergo est, legem Dei in justis difficilè videri, justis facillimam; quod vel Calvinistarum errore doceri potest, qui Deum impossibilia nobis præcepisse dicunt. (Maldonatus.)

est à sapientiâ, ut puta qui *cor deficit*, recipium receptaculum sapientiæ. Is valde dissimilis est viro intelligenti, qui parentibus obediens, intelligentiam per bonam disciplinam nactus, *scipsum dirigere* novit ad ambulandum et progrediendum in viâ virtutis. Proverbium docet, alienissimos esse à sapientiâ, qui gaudent malè facere, neque unquam eò perventuros, ut vitam suam rectè moderentur.

VERS. 22 — DISSIPANTUR COGITATIONES UBI NON EST CONSILIUM (1); UBI VERÒ SUNT PLURES CONSILIARII, CONFIRMANTUR. Sensus est, neminem satis sapere, sed unumquemque, quantumvis prudens sit, egere consilio. *Vir intelligens dirigit se ad ambulandum*, ut dictum est, sed tamen prudens non est qui sibi nimium fidit. Variæ subhoruntur cogitationes, quæ nisi bono consilio tanquam fundamento imitantur, alius supervenientibus evanescent. Aben Ezra connectit cum sequente versiculo. Dicitur Hebræa *וְרָר*, id est, *fundamentum* quandoque pro *consilio* accipitur, ut ab interprete; quandoque pro *secreto*. Et erit sensus: *Cogitationes dissipantur cum non sit secretum*, quasi moneret Sapiens: Ne statim palam facias quibuslibet quidquid destinaveris; nam ita fiet ut cogitationes tue dissipentur; sed consiliarii fidelibus secretas cogitationes tuas debes exponere, et maturè de singulis deliberare.

VERS. 23. — LETATUR HOMO IN SENTENTIA ORIS SUI, ET SERMO OPPORTUNUS EST OPTIMUS, VEL, VERBUM DICTUM IN TEMPORE SUO QUAM BONUM! *וְרָר fundamentum* et *consilium* significat, ut diximus, quòd consilium veluti rei bene gerendæ fundamentum sit, ut jam non nullum referat, sive *fundamentum* sive *consilium* reddatur. Et sensus erit prioris versiculi, quòd ab aliis facile dissipantur cogitationes quas concipimus, si non sit solidum consilium cui innitantur; sed per consiliarios stabilietur cogitatio illius qui consilium accipit; et *crit lætitiâ viro* (ut in hoc versiculo habemus) qui dedit consilium, ubi venerit *responsio oris illius; et verbum consilii quod venit in tempore suo quam bonum*, his qui consilium acceperunt! hoc est, utrique valde gratum est opportunum consilium, ut nullum consilium consiliorum pessimum.

VERS. 24. — SEMITA VITÆ SUPRA ERIDIT (2), ET DECLINAT DE INFerno NOVISSIMO (3). Hebr.: *Semita vitæ ad ascensionem (sive gradum superiorem) intelligenti, ut declinet de inferno inferiori*. Duplex est sensus; vel quòd viâ vitæ sursum ducat ad celestem vitam angelorum; vel quòd tendat ad honorem et ducat prudentem ad dignitates inter homines. Prior intelligenti, quæ melior est, pendet à præcedenti loco, ubi de duplici viâ dictum est, *pigri* videlicet et *rectorum*, quarum hæc strata et complanata est, ut facilis sit inambulatio in illa, quantumvis difficilis videtur *pigri*; utriusque

(1) Plures consulendi, sed clam; neque indiscriminatim, hoc est, omnes de omnibus, sed quisque in eâ re quam callat. (Bossuet.)

(2) Eruditus vires intelligentis sursum habet viam vitæ. (Bossuet.)

(3) Infimo, Hebr.: ad summam quæque erectus, deviat infima, sive etiam mortem. (Bossuet.)



exitum hoc in loco describit, interim innocens viam illam rectorum non carere suâ fatigatione, praesertim infirmis, juxta illud Evangelii, Matth. 6 : *Arctia est via quae ducit ad vitam*. Altera declivis est et facilis, quae tendit ad inferos, et omnibus obvia. Sed *semita vitae* non omnes ducit ad gradum superiorem, ut est in Hebraeo, sed *prudentes* solum. Alii suam jactent seu sapientiam sui intelligentiam; nostro Salomoni sapientissimo summa et rara prudentia est, tenere *semitam vitae, quae tendit sursum, et declinare facit ab inferis*. Alii, ut dixi, per viam virtutum volunt prudentes viros facilius ad honorem pervenire et ad longevam vitam, h. e., declinare à sepulcro, facilius, inquam, ceteris, et hoc esse premium prudentiae.

VERS. 25. — DOMUM SUPERBORUM DEMOLIETUR DOMINUS, ET FIRMOS FACIET TERMINOS VIDUAE. *Deus superbis resistit, humilibus dicit gratiam*. Vidua desolata et derelicta nihil est humilis; et proinde peculiariter viduarum iudex et vindex est Deus, quorum non solum reliqua bona servat, sed etiam extremos agrorum terminos tuetur. Si Dominus aedes superbiorum destruat, quid integrum illis relinquit? Ad terrorem superbiorum et potentium, ad consolationem vero humilium, scriptum est à Sapiente. Et hæc respondet priori versiculo, ut possimus distinguere inter gradum superiorem sapientis viri, et elationem sive fastum superbiorum. Pro, demolietur, vorti potest, *extirpare solet Dominus domum; ut sit sensus: Nullum relinquet ex familia superbiorum; ex familia vero viduarum, h. e., humilium, stabiliet etiam infimos et posteros*. Et hæc est melior expositio.

VERS. 26. — ADOMINATIO DOMINI COGITATIONES MALE, ET PURUS SERMO PULCHERRIMUS FIRMABITUR AD EO. *Alter: Abominations Domini cogitationes male, et mundorum sermones jucundi, pulchri (vel puri) sunt sermones decoris*. Quid est quod execratur et abominatur Dominus? *Cogitationes mali hominis*, ex quibus omnia mala proveniunt. Et quid est *jucundum et pulchrum* in oculis Domini? *Sermones casti et nitidi*, qui optimarum cogitationum sunt indicia, q. d.: Ubi male sunt cogitationes, neque verba pulchra neque facta honesta possunt esse. Ceterum, *si verba sunt pura*, hoc est, ubi tantum absunt à vitis ut ne nominentur quidem, sicut decet sanctos, Ephes. 5, ubi puritas magna est et decus, hoc enim  $\text{קָדוֹשׁ}$  significat, quæ vox pulcherrimus redditur ab interprete. Potest ad bonos et malos doctores referri, quorum hi, cum cogitationes et studia referunt ad malam doctrinam, execrabiles sunt; illorum vero sermo purus ab omni scoria, decorus est, juxta illud, Isa. 52: *Quam speciosi pedes evangelizantium bona, annuntiantium pacem!* Proverbum significat, non solum factorum sed verborum etiam et cogitationum reddendam esse rationem.

VERS. 27. — CONTURBAT DOMUM SUAM QUI SECTATUR AVARITIAM: QUI AUTEM ODDIT MUNERA, VIVET (1). Hebr. :

(1) Judex vel magistratus, qui se corrumpti muneri- bus suis, conturbat domum suam, in quam maledicta Dei et hominum provocat: eandemque confusam et turbatam experietur. Familiaris est Salomoni hæc locutio: *Erit in conturbatione, ut ingens aliquid malum significet*. Ut Hebraeis solemne est, nomen pacis de

*Qui avarè sectatur avaritiam*. Hebraei eos qui ex rapina vivunt intelligunt; qui aliquando deprehensi penas luunt et mutantur cum confusione domesticorum et subversione totius familie. Id enim frequenter evenit iudicibus pro avaritiâ corruptis et rectum iudicium subvertentibus, in ruinam multarum domorum; quibus aliquando remouetur eadem mensura. Cæterum iudex qui odit munera, neque ullum pretio innocentem perdit, dignus est qui diutissime vivat. Mihi videtur ex superiore versiculo pendere, et contra malos pastores vel concionatores proferri, qui à majori ad minorem omnes avaritiâ studentes, Jerem. 6, suas subvertunt Ecclesias. Ceterum qui odit munera, h. e., qui non temporalis lucri causâ gregem Christi pascent, semitam vitæ sequuntur, et, ut vitâ digni sunt, ita multos ad vitam edificat. *Alter: Perpetua fama vivet in his quos per bonam doctrinam vivere docuit; ut vita familie respondeat perturbationi familie*. Mira dispensatio! Apud imperitum vulgus nihil magis stabilire potest domum et familiam quam opus et divitiæ, sed longè alia est sententiâ Sapientis.

VERS. 28. — MENS JUSTI MEDITABITUR OBEDIENTIAM (1), OS IMPIORUM REDDENDAT MALIS. *Alter: Cor justum meditabitur ad respondendum, sed os impiorum loquetur mala, vel abundabit malis*. Varia significatio hujus  $\text{קָדוֹשׁ}$  reddit ambiguum versionem; significat enim respondere, humilitate et negotiari. Juxta primam significationem, cordatum sermonem commendat justorum, loquacitatem vero malorum reprehendit, qui modum ponere nesciunt; metaphorâ tractâ à fluminibus aut fontibus, qui nunquam desinunt scaturire. Dupli nomine suam stultitiam ostendunt, cum neque bene loqui neque tacere queant. Justorum verò *premeditata* sunt verba, et mansuetudinem sive humilitatem sonant, juxta secundam verbi significationem. Juxta tertiam vero, quam cum suo patre sequitur D. Kimhi, erit sensus: *Cor justum meditabitur loqui cum negotio et rerum pondere, non sine fructu verba effutire, ut respondeat priori versiculo, ubi dictum est: Verba rectorum cum decore et amantiate rerum, ut aliquid utile proferant. Nam de omni verbo otioso reddent rationem homines*, Matth. 12.

VERS. 29. — LONGE EST DOMINUS AB IMPIS, ET ORATIO QUOLIBET fortunarum genere usurpare, ita et *conturbatio* est illis tota malorum hujus vitæ congeries. Monet ubique Scriptura iudices, ut auri cupiditatem abiciant; eos damnat qui munera accipiunt, quos et maledictis inseciatur. Idem erat veterum sapientium dogma.

PER MISERICORDIAM ET FIDEM PURGANTUR PECCATA; vel, ut alibi dicere solet, *per misericordiam et veritatem*, quo nomine significatur fides, sinceritas, æquitas et promissis præstandis integritas; quæ, si jungantur misericordiam, mansuetudinem, clementiam, lenitatem, largitum, peccatum expiant. Nihil est aptius ad promerendam Dei clementiam, quam clementem se mitamque erga participes naturæ exhibere. Hic versus in Hebræo desideratur, legiturque tantummodo apud Septuaginta. Illum legebat in suis codicibus S. Cyprianus. Offert sese capite 16, post vers. 5 in Vulgata, minime vero apud Septuaginta. Ipsissimus est cum vers. 6 ejusdem capituli 16, ubi legitur in Hebræo et in Vulgata. (Galms.)

(1) Fidem, Septuag. : ad respondendum, Hebr. : quod magis sequentibus congruit, ut sapientes nec temere respondentés à loquaciis secerantur. (Bossuet.)

TIONES JUSTORUM EXAUBET. Duos priores versiculos de iudicibus bonis et malis, sive jurisconsultis, qui judicium bona vel statuunt vel subvertunt, bene intelligit Aben Ezra, atqui illis hunc tertium quasi coronidem subnectit, utrorumque dignam mercedem continentem: *Justi iudices, qui ad querelas oppressorum aures proferre solent, similem gratiam à Domino vicissim consequentur; ab auxilio vero impiorum, et ab oratione eorum longè recedit Dominus*, juxta illud, infra, 28 : *Qui obturat aures ne audiat legem, oratio illius erit execrabilis*. *Alter: Quam longissimè est Deus à cordibus impiorum, quorum ora malis defluant et scaturiant sermonibus! et benignè exaudit orationes justorum, qui meditantur omnibus modis corda habere humilia*. *Alter: Longè est Dominus ab oratione impiorum, quasi prædistantia non possit audire; sed orationem justorum audit; nam propè est Dominus omnibus invocantibus cum in veritate*. *Alter, proverbium significat, bonos habere premium in hæc vitâ, et improbos supplicium; gravissimum est enim Deo presentia carere*. Ceterum Deum sic habere benignum ut quicquid petieris statim impetres, felicitatis est infinitæ.

VERS. 50. — LUX GOLORUM LETIFICAT ANIMAM; FAMA BONA IMPINGUAT OSSA. Si externis rebus quæ sensus oblectant animæ quoque vires recreantur, et si quæ oculis lux percipitur ad præcordia descendit, et bona fama, quæ per auriculas ingreditur, medullam ossium et sanctatem corporis augeat, quod etiam physica ratione verum esse constat; quantum magis Christus, lux et sol hujus mundi, qui tandem post secula multa exortus est *sedentibus in tenebris et umbrâ mortis*, Isa. 9, et qui visus et conversatus est cum hominibus tandem credentium corda læta effecit! et optima fama quæ de illo per orbem seminata fuit impinguit ossa humiliata, h. e., vires collapsas instauravit, penetrans ad intima cordis et animæ. Sed hæc secundum allegoriam. Tropiè per *lumen oculorum* fidem intelligimus, quæ corda purgata læta efficiuntur; per *ossa*, virtutis constantiam. Juxta sensum historicum proverbium significat, in primis referre quid videamus, vel quid audiamus; nam ea quæ per hos duos sensus percipiuntur maximum habere momentum ad virtutes et vitia.

VERS. 51. — ACRIS QUI AUDIT INCREPATIONES VITÆ,

## CAPUT XVI.

1. Hominis est animam preparare; et Domini, gubernare linguam.
  2. Omnes viæ hominis patent oculis ejus: spirituum ponderator est Dominus.
  3. Revela Domino opera tua, et dirigentur cogitationes tuæ.
  4. Universa propter semetipsum operatus est Dominus; impius quoque ad diem malum.
  5. Abominatio Domini est omnis arrogans; etiamsi manus ad manum fuerit, non est innocens.
- Initium vitæ bonæ, facere justitiam; accepta est autem apud Deum magis, quam immolare hostias.
6. Misericordiâ et veritate redimuntur iniquitates; et in timore Domini declinatur à malo.

IN MEDIO SAPIENTUM COMMORABITUR. Post acceptam lucem quæ illuminat omnes homines, et fide purificat corda credentium per bonum auditum, h. e., evangelium (*cum accepissetis*, inquit Paulus, à nobis verbum auditus Dei, accipietis illud non ut verbum auditum, 1 Thess. 2), superest ut avaris quoque audiat increpationes vitæ, quibus vita castigatur, vel quibus ad vitam facilius pervenitur evangelicam, is tandem dignus est qui inter sapientes, qui domum supra petram edificaverunt, Matth. 7, commoretur. *Alter: De eo qui audit increpationes vitæ merito dicitur quod inter sapientes commoratus est et ex illis sapientiam didicerit*. Quod nos ad evangelicam sapientiam deducimus, Hebraei ad legalem trahunt; alioqui simpliciter ad quodcumque tempus referri potest, sicut id quod sequitur.

VERS. 32, 33. — QUI ADJECIT DISCIPLINAM, DESPICIT ANIMAM SUAM; QUI AUTEM ACQUIESCIT INCREPATIONIBUS, POSSESSOR EST CORDIS. TIMOR DOMINI DISCIPLINA SAPIENTIE; ET GLORIA PRÆCEDIT HUMILITATEM (1). Quam admissum refellit Sapiens hoc in loco eos qui castigationem et disciplinam rectè vivendo nolunt esse necessariam in evangelico sapiente! nam qui vitam castigare nolunt, sed lucem evangelicam et verbum Dei sufficere clamant, non solum salutem animæ spernant, cujus vita in castigatione consistit, sed etiam quam alienissimi à sapientiâ esse monstrantur, cum nihil cordis aut intelligentiæ possideant, et à timore Domini sunt alieni, quod est principium sapientiae. Est etiam timor Domini disciplina illa quæ à sapientiâ procedit. Ubicumque timor Domini regnat, juxta preceptum sapientiæ, mores castigantur; nam timor Domini expellit peccatum, Eccl. 1, quod dum agnoscuimus, humiliamur poenitentes. Et omnis qui se humiliat exaltabitur. Et Christus humiliavit semetipsum usque ad mortem, et propterea exaltavit eum Deus, Phil. 2.

(1) Humilitas hic modestiam significat. Gloria fugientem sequitur. Hebraeam locutionem qualem nos habemus secutus hic est interpres, non Græcorum qui vertunt *ἀποκρίθησαν ἑαυτοῖς*, ab ἑαυτοῖς, quod est respondere. Tum verò et capita apud Græcos in hoc libro distincta aliter, et multæ sententiæ aut omissæ aut additæ, ut in elegis fieri solet; quæ causa est cur et eodem sententiæ in hoc libro diversis in locis inveniantur postea, quia ad plures quasi libulos referri poterant. (Grotius.)

## CHAPITRE XVI.

1. C'est à l'homme à préparer son âme, et au Seigneur à gouverner sa langue.
  2. Toutes les voies de l'homme sont exposées à ses yeux, mais le Seigneur pèse les esprits.
  3. Exposez vos œuvres au Seigneur, et il fera réussir vos pensées.
  4. Le Seigneur a tout fait pour lui, et le méchant même pour le jour mauvais.
  5. Tout homme insolent est en abomination au Seigneur, et lors même qu'il a les mains l'une dans l'autre il n'est point innocent.
  6. Le commencement de la bonne voie est de faire la justice, et elle est plus agréable à Dieu que l'immolation des hosties.
  7. L'iniquité se rachète par la miséricorde et par la vérité, mais on évite le mal par la crainte du Seigneur.
- Ce verset n'est pas dans l'hébreu, ni dans les Septante.